



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

EXERCITIA || SPIRITVALIA || IGNATII DE || Loyola.||

Ignacio <de Loyola>

Mogvntiae, 1600

VD16 I 56

Eiusdem diei meditatio de tribus hominum classibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45165

TRansigetur hoc exercitium semel in media nocte, & altera vice sub auroram.

REpetitiones vero duæ circa matutini sacri, atq; vesperarum tempus erunt facienda; additis in fine tribus colloquiis. Sequens vero exercitium fiet ante cœnam.

M E D I T A T I O E O D E M
quarto die facienda; de tribus hominum classibus, seu differentiis; ut potissimum partem amplectamur.

ORATIO preparatoria, ut semper antehac.

Præludium primum fiat, propositis vice historiæ, tribus hominum classibus distinctis; quarum unaque que decem millia ducatorum, alio, quam diuini cultus, & amoris studio sibi parauerit: nunc autem placatum habere D E V M, & salua fieri exo-

ptet,

se-
ice
na-
m-
ine
ex-

M
mi-
per
si-
im
ue-
io,
dio
im
ko-
et,

pret, sublato * vtcunque noxio affe-
ctu rerum , vtpote salutis impe-
dimento.

SEcundum est: loci cuiusdam ima-
ginaria constructio,in quo videam
meipsum corā DEO, Sanctisq; omni-
bus, cum desiderio astantem , atque
perseuerantem , quonam pacto ipsi
DEO placere queam potissimum.

Tertium est: optatæ rei petitio; ni-
mirū gratiæ, per quam id eligam,
quod & DEO acceptissimum , & mi-
hi saluberrimum futurum sit.

Prima igitur classis, optat quidem
acquisitæ rei exuere affectum, vt
conciliari D E O possit: sed media,*
debitaque adminicula toto vitæ tem-
pore non admouet.

Secunda itidem, affectum malè or-
dinatum auferre cupit: sed rem in-
terim mordicus tenere , ac D E V M
potius trahere ad votum proprium ,
quam relicto impedimento , per

*o

*p

conducibiliorem statum ad illum
tendere.

Tertia postremò , affectum insin-
cerum volés abiicere , rem ipsam
vel tollere , vel tenere æque parata
est , prout ad diuinum cultum com-
modius fore , vel ex diuino instinctu ,
vel ex rationis dictamine animad-
uerterit : * Ac , interim omnia relin-
quens integra , illud tantum versat ,
& inquirit , nec aliam admittit relin-
quendæ , aut retinendæ rei acquisi-
tæ causam , præter rationem ac desi-
derium diuinæ gloriae , ut quam ma-
xima sit .

Colloquia tria subsequentur , vt
nuper facta sunt de vexillis .

NOrandum adhæc : quod ubi affe-
ctum sentimus paupertati per-
fectæ , que tum in spiritu , tū in rerum
abdicatione subsistit , aduersantem ,
& ad diuitias magis inclinantem ;
multum confert , ad eum elidendum ,

pete-

petere ex Deo, licet renitente carne,
ut ad paupertatem eiusmodi sectan-
dam nos eligat: * seruabimus tamen
interea desiderij nostri libertatem
qua liceat conuenientiorem serui-
tio diuino viam inuadere.

QVINTA DIE; SEQUE-
tur contemplatio de Domini transitu, à
Nazareth ad Jordanem fluuim,
deque eius baptismo,

pag. 157.

FIET tam media nocte, quam pri-
mo mane. Bis præterea repetetur
circa Missæ ac vesperarum ho-
ram. Ante cœnam applicabuntur
quinque sensus.

Adhæc quodlibet horum quin-
que exercitorum præcedet oratio
præparatoria, cum tribus præludiis,
ut in superioribus d'ē Incarnatione
& Natiuitate traditum est. Nec non
adieictis tribus colloquiis, vt circa

E 3 claf-